

atque studia mea, TIBI studiorum meorum
summe promotor! commendare, certissime
persuasus, mihi cum iisdem id saltim fore idem,
quod TIBI DOMINE ILLVSTRISIME
haud ingratum foret, id benigne accipere,
quod humillimum patrocinii TVI desiderium
offerre jubet: notum enim est omnibus iis qui
ad celebratissimi nominis TVI cognitionem
pervenere, TE DOMINE ILLVSTRISIME!
peculiari humanitate ac propensione in dul-
cissimi nominis TVI cultores, ex innata
mentis magnitudine adeo ferri, ut parem fa-
cilitate & clementia unquam habiturus sis ne-
minem, magna enim ac divinitus afflata mens,
quo altius exurgit, eo demissius spectat, at-
que ad ipsius Dei exemplum, eos qui iniquis
arbitris abjecti videntur, fovet & sustinere
solet. Id me impulit & animum obfirmavit
DOMINE ILLVSTRISIME! ut Dissertatio-
nem meam, omnibus verborū pigmentis desti-
tutam, TVO ILLVSTRISIMO nomini con-
secrarem, quæ si gavisa fuerit suffragio TVO,
nihil